

diffinitum, quod quisquis in eo foro, quod
vulgo Meinkop dicitur, deprehensus fu-
erit, ut dictum est, de ceteris emendabit.
Sin autem cum virgis, & alias in publico
in foro punietur. Item quicunque in fal-
so pondere id est trutina, libra sive ulna,
vel etiam modio falso deprehensus fuerit
& convictus, ut prædictum est jam, quam
sæpius emendabit, salvo tamen per omnia
jure nostro. De ortis vero extra civita-
tem expositis & exponendis dictis Con-
sulibus potestatem dedimus sic & cen-
sum. Insuper emendationes domorum,
quæ vulgus vorsollere nominat, & erude-
rationes fontium volumus ut consilio
Consulium ordinentur. Quicquid vero
alias in dicta civitate nostra ædificandum
est, quod bono possit cedere civitatis, fir-
miter statuimus, ut nostrum fiant hujus-
modi per consensum. De lignis vero
communitati Civitatis pertinentibus, si
præcisa fuerint vel vastata, ipsis Consuli-
bus secundum formam prænotatam
commisimus corrigendum. Item laneus
textor sive lineus, si cum falsis filis vel
pannis deprehensus fuerit, ut prædictum
est, emendabit. Et hæc in foro publice
comburentur. Cæterum decrevimus, ne
in-